



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

De ratione institutionis sanctissimi huius Sacramenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

propriam illā, & apertissimam significationem
 prefeferant, secundū quam à Patribus intel-
 lecta sunt, indignissimū sanè flagitium est, ea
 à quibusdam contentiosis, & prauis hominib.
 ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus ve-
 ritas carnis & sanguinis Christi negatur, cōtra
 vniuersum Ecclesie sensum detorqueri: que
 tanquam a columna & firmamentū veritatis, a I. Ti. 3.
 hec ab impijs hominib. excogitata commenta,
 velut Satânica, detestata est, grato semper &
 memorie animo prestantissimum hoc Christi
 beneficium agnoscens.

De ratione institutionis sanctissimi
 huius Sacramenti.

CAPVT II.

ERgo Saluator noster, discessurus ex hoc
 mundo ad Patrem, Sacramentum hoc in-
 stituit, in quo diuitias diuini sui erga homi-
 nes amoris velut effudit, b memoriam fa- b Psa. 110.
 ciens mirabilium suorum; & in illius sumptio- c I. Co. 11.
 ne colere nos sui memoriam precepit, suamq; Luc. 22.
 annunciare mortē, donec ipse ad iudicādū mū- 1. Cor. 11.
 dum veniat. Sumi aut voluit Sacramētū hoc, c. iteratur
 tanquā spirituales animarum cibum, quo a- de conf.
 lantur, & confortētur viuentes vita illius, qui dist. 2.
 dixit: Qui māducat me, & ipse viuet propter d Ioan. 6.
 me: & tanquam antidotum, quo liberemur à
 culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus
 præseruemur. Pignus præterea idesse voluit

a I. Co. II. futura nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis,
 Ephes. 5. adeoq; symbolum vnius illius corporis, a cuius
 Rom. 12. ipse caput existit, cuique nos tanquam mēbra
 I. Cor. 5. arctissima, fidei, spei, & caritatis cōnexionē, a-
 strictos esse voluit, vt id ipsum omnes dicere-
 mus, b Nec essent in nobis schismata.

De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ
 super reliqua Sacramenta.

CAPVT III.

c c. sacri-
 ficium de
 cōf. dist. 2.

d c. mul.
 l. q. 1.

e Mat. 26.
 Marc. 14.

f infra
 can. 1.

Commune hoc quidem est sanctissimæ Eucharistiæ cum cæteris Sacramentis, symbolum esse rei sacræ, & inuisibilis gratiæ formam visibilem, verum illud in ea excellēs, & singulare reperitur, d quod reliqua Sacramenta tunc primū sanctificandi vim habent, cum quis illis vtitur, at in Eucharistia ipse sãctitatis auctōr ante vssum est: nondū enim Eucharistiā e de manu Domini Apostoli suscepunt, cū verè tamen ipse affirmaret corpus suū esse, quod prebebat, & semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post cōsecrationem f verum Domini nostri corpus, verumq; eius sanguinem sub panis & vini specie vnā cū ipsius anima & diuinitate existere; sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie, ex vi verborum, ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinis sub specie panis, animamq; sub vtraq; vt naturalis illius cōnexionis, & concomitantiæ, q̄ partes Christi Domini

mini